

XVI  
Fol 8

MOTVS PROPRII  
duo Santiss. Clementis Septimi  
contra Mandatum de superse  
dendo, calumniöse productum, & con  
tra Moratorias, ac dilaciones quin  
quennales, quæ vulgo Cín  
quine dicuntur.




R. 93988





CLEMENS PAPA. VII.



V M, sicut accepimus, post nostrum ad Vrbe discessum, in vim Mandari de supersedendo in causis tam nostrorum quam Ven. Fratrum nostrorum. S. R. E. Cardinalium familiarium, continuorum commensalium, & aliorum Officialium & familiarium, NOS, & Ro. Cu. sequentium editi, prout in illo latius continetur, nonnulli forsan malas vel minus iustas causas fouentes, tam auctores quam rei illarum expeditionem calumniose impedire volentes ex mandato predicto, quicquid esset causis ipsis in calculo ferenda sententia existentibus a Ro. Cu. siue Vrbe recedentes, seu recedere simulantes, & sequelam nostram uersus Bonoñ. allegantes, Mandatum predictum produxerint, propterea causarum ipsarum expeditio impedita fuit & in futurum impediri timeatur in graue causas habentium damnum & detrimentum praeter & contra mentem nostram, Igitur ut calumniis obuietur Motu proprio &c. Dilectis filiis palatii Apost. causarum Auditoribus & illorum locatenentibus tanquam melius informatis de predictis, ut in causis in quibus calumniose eis visum fuerit, & ad effectum expeditionis, impediens. Mandatum de supersedendo predictum produci, siue allegari aut productum vel allegatum esse cognouerint, mandata predicta calumniose allegata reiiciant, & prout conuenire eis videbitur, admittant, Consulto tamen, quando super his aliqua ambiguitas oriretur, vel difficultas, si eis videbitur, Ven. Fratrem nostrum A. Episcopo Portuen. Cardinale de Monte, in dicta alma Urb. nostro, & sedis Apost. LEGATO. de quo simplici & uerboali relationi Auditoris stari & credi debeat ad finalem decisionem causae, & causarum predictarum, partibus ipsis alias iustitiam ministrando procedant, committimus & mandamus, praemissis ac mandato predicto & decreto in ipso appposito irritanti, ac constitutionibus & ordinationibus Apost. caeterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Placet D.N. PP. & ita Motu proprio mandatum. A. Portuensis.



# Clemens Papa

VII.



**V**M ex multorum relatione, non sine ani-  
mi nostri displicentia acceperimus, quot  
nonnulli Dei timore postposito, & suarū  
animarum, ac honoris proprii immemo-  
res, post magnum æs alienum contractū,  
& si bona sufficieñ. pro satisfacieñ. credi-  
torib. habeant, tamen ad eos illudēdos, ac  
laboribus. & expeñ. defatigandos, alii be-  
neficium alternatiuum, cessionis videlicet bonorum aut dilatio-  
nis quinquennalis, alii discussionem bonorum aut hæreditatis  
etiam a sede Apost. impetrant. Quibus impetratis, ad expeditio-  
nem earundem minime incumbunt, & dictis gratiis se tutos co-  
gnoscentes, & difficile reputantes, quod vel creditores conue-  
niant in eligendo, vel bonorum & hereditatis discussio fiat, pau-  
peres creditores, eorum credito vel deludantur vel adeo protra-  
hantur, ut ipsi fame pereant, vel ut sæpius euenire solet, morian-  
tur, & hæredes eorum, non ita de materia informati, a credito  
eorum pœnitus excludantur, **NOS** talibus inconuenientiis  
obuiare volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, te-  
nore presentium, decernimus & declaramus quod quicumq; be-  
neficium alternatiuæ prædictum, aut discussionem bonorum  
seu hæreditatis hætenus impetrarunt, a die publicationis præ-  
sentium & qui in futurum impetrabunt, a die eorum impetra-  
tion. computañ. **NISI INFRA TRES MENSES**  
usq; ad sententiam inclusiue, causam impediuerint, seu expediri  
fecerint, dictis gratiis seu beneficiis, ipso iure priuati existant, &  
iudices eorum quibus tales causas ventilare contiget, siue ordi-  
narii siue delegati, etiam si sint causarum palatii Apost. Audito-  
res aut. **S. R. E. Card.** ad totalem executionem contra ipsos  
debitores ad instantiam cuiuslibet creditoris procedere possint,  
& debeant per inde ac si talia beneficia ipsis tales debitoribus.





minime concessa fuissent partibus alias iustitiam ministrando.  
Et nihilominus, si ex aliqua rationabili causa iudicibus prædi-  
ctis visum fuerit, dictum terminum trium mensium prorogari  
debere, dictum terminum sibi bene visum, non tamen ultra aliū  
mensem & non amplius, prorogandi licentiam per præsentem  
concedimus pariter & facultatem. Non obstantibus cōstitutio-  
nibus & ordinationibus Apost. iuribus etiam municipalibus,  
cœterisque in contrariū facientibus non obstantibus quibuscūq̃.

Placet D. N. PP. & ita Motu proprio man-  
dat. A. Portuensis.

Die. XX. Decembris. M. D. XXIX. hæc duo Man-  
data intimata, affixa, & publicata fuerunt Romæ in locis con-  
suetis per me Io. Seruiuer. S. D. N. Papæ Cursorem.

Ita est Io. Valtrini magister Cursorum.